ACAD.
LUGD. BAT.
BIBL.

Vir Summe, et saeculi nostri Decus,

Scribendi occasionem à filio meo MAXIMILIANO, et hoc libello sumo. Talis libellus erit, qualis à te judicabitur: felix interim, si legetur. Sed filius ecce, quàm validè se humanitatis tuae fiduciâ attollat, hîc vides. Munus à Principe audet petere, et vota sua meritis soceri, τοῦ μακαρίτου, commendare: quemadmodum è libello supplice intelliges. Ego quid possum, nisi preces addere, ut juves, velisque vel sic maximè etiam in filio patrem tibi obstrictissimum esse c. in patre filium c. Et nomen nostrum, Vir homine major, et conditionem magno sanè beneficio ornabis. Sed filius meus te quoque velut patrem agnoscet. Ad MOCKELIOS quod attinet, primum hoc erit beneficium quod accipient: nobis maximum, quia sic dabitur. Vale spes et subsidium nostrum, et me ut amas, sine TUUM esse,

E. Puteanum.

Lovanii, in arce, VII. Eid. April. ∞.DC.XLV.

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Puteanus) 33
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3925

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Puteanus) 33
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3925

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Puteanus) 33
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3925

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Puteanus) 33
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3925